



RESOLUTIO XIII.

Explicantur quadam Axiomata, qua frequenter veniunt apud Regulares.

QUESTIO PRIMA.

In Religione non servantur apices juris, sed solum qua sunt de substantia juris.

SUMMARIUM.

- 1 Religiones habent privilegia, ut in eis non observentur apices juris, & n.2.
2 Quinam communiter dicantur apices juris.
4 Quoniam sint de substantia juris.

DE Axiomatibus juris varii Auctores varios tractatu ediderunt, & maxime Augustinus Barbofa in tom. eius Titulus est Tractatus varii;

Nos vero pauca ponimus usu frequentiora. Bonifacius VIII. Fratribus Minoribus concessit, ut in suis judiciis, & processibus non teneantur servare apices juris. Habetur Bulla in libris Monument. Ordinum fol. 125. & post medium Bullae sic concessit Papa.

Nos pii vestris supplicationibus inclinari, vobis auctoritate Apostolica indulgemus, ut ad correctiones, & punitiones Fratrum ejusdem Ordinis delinquentium infligendas, Praelati Ordinis supradicti (ad quos eadem spectare noscuntur) rimalis juris, & apicibus ejus post positus libere procedere valeant secundum consuetudines approbatas, & generalia facta, vel facienda ipsius Ordinis statuta. Neque volumus eisdem licere Fratribus, ab eisdem correctionibus, & punitionibus aliquatenus appellare &c. Ita Summus Pontifex, de quo privilegio per communicationem participant aliae Religiones.

Apices ergo juris sunt dilationes tot, & tantorum dierum, ut ait Clemens Papa V. In Clementina saepe contingit de verborum significatione, dicens: Inter apices juris censentur dilationes, imò & quod testes publicentur: nam in Tribunali Sanctae Inquisitionis, ubi omnia, quae sunt de substantia juris, perfectissime observantur; tamen testes non publicantur, quia non sunt de substantia juris, & alia similia.

De substantia juris est, ut pars citetur, actorum copia detur; testes proferantur, ac examinentur. De quo Gratian. decis. 68. n. 12. Menochius de arbitr. l. 1. q. 5. n. 4. & conf. 25. n. 12. conf. 263. n. 3. Marra de claus. 368. Caldas Pereira de empr. c. 3. n. 30. & alii multi, qui etiam omnes notant, quod maxime de jure divino ac naturali est, ut reus audiat juxta illud Joan. 7. n. 1. Nunquid lex nostra judicat homi-

nem, nisi prius audiat ab ipso, & cognoverit, quid faciat.

QUESTIO II.

Ex quibus argumentum sumendum, ac formandum sit?

SUMMARIUM.

- 5 Argumentum ejusdem qualitatis cum suo principali.
6 In jure valet argumentum à simili.
7 Equipollentium eadem est disciplina.
8 Animus dignoscitur ab operibus.
9 Actus agentis non operatur ultra intentionem.
10 Subrogatum sapit naturam ejus, in ejus locum subrogatur.

Argumentum debet esse ejusdem qualitatis cum suo principali, cui accedit, lex etiam, Cod. de jure Dotum. leg. 3. ff. de pactis dotalibus; Bartholom. Perez ad Extravag. Ambrosiana, de rebus Eccles. non alienand. Baldus consilio 407. in questione, num. 3. Tiraquellus de retractu Lignag. §. 1. Glossa 18 numero quinquagesimo primo, quinquagesimo secundo; & alii multi, quos citat Barbofa Axiomat. 34. n. 1.

Secundò. In jure valet argumentum à verisimili, illudque pro disposito habetur, quod verisimiliter fuisset dispositum, si disponens, verbi gratia, superior fuisset de illo interrogatus. Baldus, Paulus de Castro, & alii in leg. Tale pactum, §. fin. ff. de pactis & Sapiensissimus Mag. Fr. Antonius de Sousa in Aphorism. Inquisit. lego quarta, cap. 9 num. 7.

Tertidò. Equipollentium eadem est disciplina, l. si mater; cum Glossa, Bartolus Cod. de institutione, & alii cum Lezana consultat. 30. num. 26. Et idem est. Ubi militat eadem ratio, stat eadem legis dispositio, leg. Illud, ff. ad l. Aquiliam, l. si postulerit, §. 2. ad legem Juliam, de Adulteris, l. Quidam numularios, ff. de edendo: unde ille, qui Missam celebrat absque Ordine Sacerdotali, incurrit irregularitatem, & deinde alias penas impositas in jure.

Quartò. Animus dignoscitur ab operibus operantis, & talis praesumitur, qualem facta demonstrant, leg. 1. §. fin. ff. de dolo. Mascardus de probationibus, conclusio 95. numero primo, & sequentibus, consilio 1304. numero vigesimo quarto. Farinacius in praxi crimin. questione 89. num. 76. & Maxime si verba etiam junguntur, quia ex illis etiam cum operibus bene dignoscitur animus, & intentio hominis, l. Labeo, ff. de supelleet. legat. cap. Secundo requirit, de Appellationibus. Albanus consil. 119 & consil. 626. numero nono. Sardus consil. 82. num. 33. & consil. 471 num. 33. Quod fortius procedit, cum verba, opera, seu facta non solum antecedentia; sed consequentia fuerint. Rota decis. 64. num. 5. part. 2. & decis. 306. num. 5. part. 2. rebent. Menoch. consil. 1. num. 294. ac sequent.

Quintò,

Quintò. Actus agentium non operantur ultra intentionem eorum, leg. Non omnis, ff. si certum petatur, l. in agris, ff. de acquirend. rerum dominio, & actus semper judicatur à principali intentione agentium, l. si quis nec causam in principio, ibi Baldus ff. si certum petat l. qui exceptionem, ff. de conditione indebiti, l. 1. C. ad legem Cornel. de Sicar.

Sextò De uno ad aliud non potest fieri illatio, nisi quando sunt ejusdem rationis, diversorum enim diversum est iudicium, l. inter stipulationem, §. Sacram, ff. de verb. obligat. Stephan. Gratian. decis. 2. num. 8. Unde Emmanuel. Sa ait: Praelati exempti habentes jurisdictionem quasi Episcopalem in suos, non possunt in eos quicquid possunt Episcopi in sibi subditos, nisi ex speciali indulto Sedis Apostolicae.

Septimò. Subrogatum sapit naturam ejus, in cuius locum subrogatur, l. si injuriarum, ff. si quis cau. ibi Bartolus, Baldus, Angelus, & alii: quod intelligitur, quando subrogatus est aequalis conditionis cum eo, cui subrogatur. Menoch. consil. 784. numero duodecimo, Barbofa Axiomat. Juris, Axiomat. 273. numero primo, unde inter Generalem, & Vicarium Generalem militat differentia. De quo latè Lezana in Consil. consil. 18. numero vigesimoprimo.

QUESTIO III.

Ex quibus praesumptiones efformanda?

SUMMARIUM.

- 12 Delictum in dubio non praesumitur.
13 Factum non praesumitur, nisi probetur.
14 Geminatio actus enixam voluntatem indicat.
15 Probabilis suspicio metus sufficit ad irritandum actum.
16 Tacens longo tempore consentire praesumitur.
17 Veritas praevalet praesumptioni.
18 Praesumptio fortior tollit debiliores.

Primò. Delictum in dubio non praesumitur, & ideo actus, qui potest sonare delictum, interpretandus, ut delictum absit, l. Adverito ff. pro socio, l. Praior, §. docere, ff. de vi boni rap. cap. Hoste de regulis juris in Decret. Ibi etiam Doctores, Adeo ut interpretatio semper faciendae sit, ut excludat delictum Abbas in cap. Cum tu de testibus, Mascardus de probationibus, conclus. 496. Farinac. in praxi criminali, part. 3. q. 85. n. 1.

Secundò. Factum non praesumitur nisi probetur, in bello §. facta, ff. de captivis, & post lim. revers. l. si emancipat. 9. ubi Jafon, & alii. Nihil inde inferri potest. Deinde quia factum contra jus, pro non facto habetur, l. subemas, §. Prædia, Cod. de Sacrosancta Eccles. cap. Qua contra jus 64. de regulis juris, lib. 6. Tandem quia factum non attenditur, sed quod debuit fieri, leg. Nemo, Cod. de sentent. & interlocut. & ita de facto revocandum, quia facta de facta Sylveira Opuscula.

Acto, etiam sunt revocanda de facto juxta notat. in l. 1. §. Nuntiatio, ff. de novi oper. & nuntiar. in cap. 1. ut lite pendente Alexand. Alexander. consil. 179.

Tertidò. Geminatio actus enixam voluntatem, & majorem deliberationem indicat, l. Balista, ff. ad Trebellian. Bartol. in l. Cum scimus, num. 7. Cod. de Agricult. & censibus, lib. 11. Decius in l. 1. num. 30. C. de paltis, & consil. 51. cap. 2. & consil. 180. col. 3. multi alii apud Barbofam tractatu de Axiomat. Juris, Axiomat. 195. n. 1.

Quartò. Justa, & probabilis suspicio metus ad irritandum actum sufficit, quia illa habetur pro vero metu Baldus in leg. fin. num. 7. Cod. de jure delib. Remin. Sen. consil. 15. num. 6. Alban. consil. 77. num. 11. quos citat ac sequitur Rota decis. 374. num. 18. coram Gregorio XV. & Sigism. de bono, supra num. 15. Quae enim sunt per metum non solum irritari debent, sed etiam pro jure irritae sunt, c. Bona memoriae, de elect. Navarrus consil. 5. n. 2. Navarr. Miranda in manuali Praelatorum, tom. 2. q. 23. Miranda art. 1.

Sextò. Tacens longo tempore consentire praesumitur. Baldus in l. si filius, Cod. de petiti. hereditatis. Angelus in l. qui aliena, in principio, ff. de acquirenda hereditate, Alexander in leg. 2. §. voluntate, ff. solutio matrimonio Mascardus de probation. volum. 3. consil. 218 num. 50. & tacens per longum tempus juri suo consentire praesumitur, ut per Rotam; & Doctores probat idem Mascardus conclusio 1263. numero 27.

Septimò. Praesumptio cedit veritati, quia veritas praevalet praesumptioni, quod ex multis juribus probant Socin. consilio 164. Paris. volum. 5. vers. Sed hanc objectionem. Parisius Roand. consil. 29. num. 44. lib. 2. Rolandus à Valle consil. 99. num. 11. lib. 1. Sardus consil. 7. num. 61. & consil. 16. num. 22. & alii multi apud Barbofam Axiomat. 186. num. 1. Unde inferitur, praesumptiones cessant in claris Anton. Menoch. decis. 51. n. 49.

Octavò. Praesumptio fortior tollit debiliores, l. Divus, ff. de integritate restitut. l. Non solum, ff. de ritu nupt. latè Menoch. de praesumpt. lib. 1. praesumpt. 30. num. 1. & consequentibus, & lib. 6. Gratian. praesumpt. 64. num. 46. Stephanus Gratian. tom. 4. cap. 611 n. 33.

QUESTIO IV.

Quomodo in dubio habendum sit?

SUMMARIUM.

- 19 Actus in dubio debet interpretari validus ad omnem dispositionem.
20 Reus in dubio est absolvendus.
21 Dubia in meliorem partem interpretanda.
22 In dubiis tutior pars eligenda, & etiam dubius ab ignorante non distat.

Primò. Actus in dubio debet interpretari, ut validus habeatur, l. Quoties, ff. de rebus dubiis, leg. si quando, ff. de legatis 1. abbas in Abbas. consil. 62. in contrav. conclus. 1. num. 7. Roland. Roland. à Valle.

Roman. à Valle *consil.* 61. num. 2. ubi extendit ad omnem actum. Roman. *consil.* 180 §. si admittimus, num. 4. cum sequentibus ubi extenditur ad omnem dispositionem, videlicet contractum, testamentum, juramentum, attestaciones, & privilegia.

20. Secundò. Reus in dubio est absolvendus, l. Arrius, ff. de arte obligati. cap. Ex lueris, de probat. l. Qui accusare, C. de edend. Tertio. In dubio de validitate actus debet interpretari quod valeat, ff. de serv. car. l. si quis servum, in finem, Bartol. post Glossam in l. Non solum §. sed ut probari in 1. col. in fine, ff. de oper. novi nunc. Bald. in Rub. C. de sine instrum. 4. column. in verb. *Texta hoc queritur*. Quarto. Dubia in meliorem partem interpretanda, Bertachinus in Repertor. 2. part. verb. Dubium. Francisc. Molina de ritu mptiar. lib. 1. compar. 16. numero 2.

21. Quintò. In dubiis tutior pars eligenda, l. si fuerit, §. ultia, ff. de rebus dubiis, cap. Invenis, de sponsalibus, cap. Ad audientiam, de homicidio, Covarr. in cap. Ama mater, part. 1. §. 2. num. 5. casa 1. Navar. in manuali, cap. 27. num. 139. Sextò. Dubius ab igtiorante non distatus l. Manifestissimi, §. si autem nescius, C. de furtis, Gama Lusitan. decis. 91. num. 1. in principio. Imò comparantur ex Surdo decis. 265. n. 17. Limitat tamen, cum habitans tenebatur inquirere, & de facili potuit certificari. Idem Surdus *consil.* 379. num. 18. & *consil.* 528. num. 43. Decianus *consil.* 39. num. 21. §. si foris, Odd. de restit. in integrum, part. 1. quest. 8. art. 9. num. 47. Farinac. Prag. crim. p. 2. tit. 1. n. 96.

QUÆSTIO V.

In dispositione rerum, quomodo agendum sit?

SUMMARIUM.

- 22 Quilibet de re sua potest disponere, & testator legem suis rebus ponere.
 - 23 Dispositio intelligitur de rebus sic stantibus.
 - 24 Dispositio generalis generaliter est intelligenda, limitatur tamen à ratione particulari.
 - 25 Dispositio limitata limitatum parit effectum.
 - 16 Dispositio non habet locum, si verba non conveniant.
 - 27 Dispositio semper intelligitur de actu & militat in dependentibus, & n. 28.
22. **D**isponere de re sua quilibet potest, l. Dum, C. de contrab. emptione, l. in re mandata, C. mandati. Anchar. *consil.* 115. num. 7. ubi declarat hoc procedere, quando quis agit in re penitus sua propria, secus si communis sit, vel in ea alius præcendit *consil.* 157. num. 7. verso. Secundò. Ubi, quod licitum est cuilibet sibi prospicere, & meliorem suam conditionem facere, quando de re sua disponit; etiam cum alterius detrimento. Castrenf. *consil.* 59. Pro pleniore in principio per totum

Alexand. *consil.* 12. lib. 2. ubi ait procedere multo magis in ultima voluntate, quia potest testator legem ponere quam velit rebus suis, refert Card. Tufsch. *pract. consil.* tom. 1. lit. D. *consil.* 486. per totam.

Secundò. Dispositio omnis intelligitur, rebus sic stantibus, & in eodem. statu permanentibus, l. quod si servus, ff. de condi. ob causam, cap. In Parochum 16. q. 1. Glossa in cap. 2. de rescriptis, & multi alii Doctores apud Barbofam *Axiom.* 73. num. 3. & adducit Anchar. *consil.* 84. Domina. num. 4. & *consil.* 194. num. 3. in fine, ubi ait, quod mutato, vel alterato statu rei, aut dispositione, seu personæ, mutantur res, dispositio, & persona.

Tertio. Dispositio generalis generaliter est intelligenda. Cravetus *consil.* 133. num. 5. & 6. quod explicat, nisi adsit causa efficax restringendi, vel ratio per quam restrictio sit facienda. Quod secundo limitat *consil.* 176. num. 4. & 5. Tiraquel. in l. si unquam, C. de revocacat. donat. in *præfat.* num. 119. ubi quod dispositio generalis operatur generaliter, tam in odiosis, quam in correctoriis, & pœnalibus. Tertio limitatur, quia dispositio generalis restringitur ex ratione particulari; l. cum prior, §. Dulcissimis, ff. de legatis 2. l. si decertare, Girona de privileg. seu exempt. significe. 277. Olafch. Pedemur. decis. 98. n. 10. Surd. *consil.* 38. n. 9. Lezana *consil.* 2. n. 21.

Quarto. Dispositio limitata, limitatum pro ducit effectum, & non extendit ultra limites. Petrus de Anchar. *consil.* 118. casus talis est in principio, num. 4. Cardin. Seraphin. decis. 911. num. 2. Cephalus *consil.* 274. num. 13. lib. 2. & alii communiter, & ita loquuntur de jurisdictione, de commissione data, de renuntiatione facta, vel gratia data cum limitatione Rolandus à Valle *consil.* 41. n. 16. lib. 4. Cravetus *consil.* 361. n. 3. & 7.

Quinto. Dispositio non habet locum, ubi verba non conveniunt dispositioni, l. 4. §. Toties, ff. de damno infecto, l. quod constitutum, ff. de milit. testament. Alexand. *consil.* 17. Requirit, num. 1. lib. 1. & *consil.* 17. visis, num. 7. verso. ultimo, l. 2. Gemini in *consil.* 65. in principio verso. Secunda pars. Imola *consil.* 9. in principio.

Sextò. Dispositio omnis semper intelligi debet de actu valido. Petrus de Anchar. *con. sil.* 6. viso Themat, n. 5. & 6. Bald. *consil.* 442. Avend. verba ita dicunt. Avend. l. 40. Tauri, Glossa 1. num. 28. ubi, quod dispositio regulatur secundum jus vigens tempore dispositionis; Aretin. *consil.* 142. num. 11. verso. Et similiter. Ubi quod dispositio loquens de probatione, intelligitur de valida, & sufficienti.

Septimò. Dispositio in principali, censetur etiam dispositum in dependentibus. Seraphin. de privileg. juram privileg. 74. n. 148.

Octavo. Dispositum in uno ex æquiparatis, etiam in altero militat, quamvis materia sit exorbitans. Reinosus in *observat. practice observat.* 44. n. 3. *observat.* a. 51.



RESOLUTIO XIV.

Bannitus.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid, & quotuplex sit Bannitus?

SUMMARIUM.

- 1 Bannitus à quo verbo deducatur.
- 2 Bannitus dupliciter accipitur.

1. **B**ANNITUS deducitur à verbo banno, quod idem est ac proscribere, ac delere à numero civium, seu civitatis, iustam Glossam de foro competent. in cap. Quod Clerici. Unde Bannitus idem est, quod proscriptus, seu deletus à civitate. Ita Sylvester. verb. Bannitus, num. 1. Bannitus variè, ac multipliciter potest accipi, ut videre est apud Cardinalem Tuschum *littera B, conclus.* 9. in *præfati.* & magis communiter dupliciter accipitur.

2. Magis tamen communiter dupliciter accipitur Bannitus Primò, pro illis, qui exules effecti sunt ab aliqua civitate; secundo verò pro illis, qui propter aliquod capitale crimen damnati sunt ad mortem, impune illis à quocunque intelligenda; & hi propriè dicuntur Banniti, de quibus in præfati agimus, quia modò ex communi acceptione vocantur Banniti, seu capitaliter proscripti, priores autem exules tantum dicuntur. Ita Sotus de *iustitia*, lib. 5. quest. 1. art. 3. Clarus lib. 5. verbo *Homicidium*, num. 54. & 56. Armilla verbo. *Homicidium*, num. 1.

QUÆSTIO II.

Unicuique licet Bannitum, seu proscriptum occidere quibusdam conditionibus positis.

SUMMARIUM.

- 3 Bannitus per sententiam licitè potest occidi à qualibet persona.
- 4 Si Bannitus appellavit, pendente appellatione, non potest occidi.
- 5 Si verò Bannitus sit sub potestate iudicis, jam non potest à quocunque occidi.
- 6 Non est licitum filio occidere patrem bannitum, vel è contra.
- 7 Banniti possunt semetipsos occidere.
- 8 Ecclesiasticus non potest occidere bannitum.

3. **C**ommunis resolutio in hac materia est, bannitum, seu capitaliter proscriptum per publicam mortis sententiam licite in conscientia posse à quocunque etiam privata persona, dummodo non sit Ecclesiastica, oc-

cludi; tunc enim quilibet publica auctoritate constituitur minister, ac executor iustitiæ. In hoc conveniunt omnes auctores proxime citati, & multi alii apud Layman. lib. 3. sect. 5. Layman. *tract.* 3. c. 2. n. 3. Azor. tom. 3. lib. 2. c. 2. q. 2. & Azor. alii statim citandi.

Si tamen bannitus legitime appellavit à mortis sententia contra illum promulgata, pendente appellatione, nil est innovandum, nec potest occidi. Naldus verb. *Bannitus*, n. 7. & Lezana eodem verb. num. 12. Balleus eodem verbo, n. 1.

Secundò. Quando bannitus captus est à Iudice seculari, aut se præsentavit potestati seculari, quia jam est sub legitima iudicis potestate, ad quem solum pertinet ei inferre mortem, & ad nullum alium. Ita Auctores citati quibus accedit Grassius in *decisionibus auctoris*, p. 2. lib. 2. c. 19. n. 7.

Tertius casus est, quod quamvis aliqui, ut Bartolus, & Gomez, ac alii teneant, licitum esse filio occidere patrem bannitum, & è contra patri occidere filium bannitum, opposita sententia mihi videtur vera, nempe non licere non enim filius in tali casu omittit obligationem naturalem, qua erga patrem suam tenetur, nec pater dato casu omittit obligationem ac affectum conservationis erga filium. Ita Julius Clarus in *praxi criminali*, lib. 5. §. *Homicidium*, num. 61. Bonacina de *contract.* disp. 2. quest. ultima, sect. 1. punct. 2. num. 3. Diana 5. part. *tract.* 4. de homicidio, *Resolut.* 25. ad finem. Layman. proxime citatus, num. 3. excipiant, nisi ipsi banniti sint crudes hostes communis boni, ac totius Reipublicæ.

Quarto. Ex dictis sequitur, quod ipsi banniti, seu proscripti possunt semetipsos ad invicem occidere, militat in eis ratio apposta in conclusione, ut bene advertunt Bonacina, & alii Doctores citati cum Diana p. 5. r. 4. *Resolut.* 25. §. *Sed ego*; non tamen quilibet ex eis potest seipsum occidere.

Exceptus in conclusione, dummodo non sit persona Ecclesiastica, quia licet Ecclesiasticus occidens bannitum, immunis sit à pœna temporali, quia tamen causa sanguinis ei est illicita, inde mortaliter peccat, cap. *Sententiam ne Clerici, vel Monachi*, imo, & tales sunt irregulares, irregularitate ex delicto proveniente, quia nempe delictum commiserunt in tali morte; laici autem bannitos interficientes solum contrahunt irregularitatem ortam ex homicidio iusto, Si autem Ecclesiasticus cum moderamine inculpate tutelæ occiderit bannitum volentem ipsum Ecclesiasticum occidere, tunc nullam incurrit irregularitatem, ut dicitur *infra*, verb. *Irregularitas, ex communi sententia*.

QUÆSTIO III.

An liceat per insidias, ac proditorie occidere bannitum?

SUMMARIUM.

- 9 Prima sententia negat.